RECTOR & PROFESSORES P. ILLUSTRIS SCHOLÆ BREMENSIS LECTORI S.

Conſule Romano non indigna vox erat, qua tam huius honoris feliciter geſti, quàm eloquentiæ laude, celebratiſſimus Tullius, rationem redditurus, cur, *ſi quid obtigerit, æquo paratoque animo moriturus ſit*, exclamat IV. in Catilin. cap. II. *Neque enim turpis mors forti viro poteſt accidere, neque immatura conſulari, nec miſera ſapienti.* Turpis Veteribus mors habebatur, quæ animum ejus, cui imminebat ingens, metu terroreque illum percellebat: quo ſenſu idem Orator VIII. Philipp. cap. X. *Turpem fugam mortis memorat, quam omni morte pejorem pronunciat.* Hanc igitur non poſſe accidere Viro forti exiſtimabant, quia fortis titulo illum tantum dignabantur, qui nihil, & præcipuè ne ipſam quidem mortem timeret. *Qui fortis eſt, ſine timore eſt*, ut Seneca Epiſt. LXXXV. & paulò poſt: *Quid ergo inquis: mortem, vincula, ignes, alia fortunæ tela non timebit? Non: ſcit enim illa non eſſe mala ſed videri.* Immaturam appellabant mortem, quæ non ſolùm floridiori ætate, vegetioribusque adhuc annis ſubeunda, ſed præcipuè antequam quis propoſitam ſibi gloriæ honorisque metam attingere, aut Reipublicæ utilis eſſe potuiſſet; unde talis evenire non poterat Viro conſulari, utpote qui in ſummo dignitatis faſtigio, ſaluberrimam jam Patriæ operam præſtiterat: quare iterum viginti annis poſt in hæc verba digitum intendens Cicero Philipp. II. cap. XLVI. dicebat: *Etenim ſi abhinc annos prope viginti, hoc ipſo in templo negavi poſſe mortem immaturam eſſe conſulari, quanto verius nunc negabo ſeni? Mihi verò, Patres Conſcripti, jam etiam optanda mors eſt, perfuncto rebus iis quas adeptus ſum, quasque geſſi.* Miſeram denique non poſſe accidere mortem ſapienti cenſebant, utpote quem ſuis ſatis divitem bonis, & perpetuò, inque ipsâ quoque morte beatum reputabant. Verùm utut hæc ſpecie non careant, ex turbidioribus tamen philoſophiæ ethnicæ & partim Stoicæ, unde in multis ipſe Cicero proximè aberat, fontibus, pullularunt, qui uti verum omnis virtutis principium, legitimam normam, debitumque finem pandere non poterant, ita omnium minimè certam beatitatis ſpem ſuppeditare valebant. Tum autem demum rectè iſthæc & verè dici poterunt, quando ad ſanioris ſalubriorisque Doctrinæ normam exacta erunt. Hæc veri nominis fortitudinem in eo collocat, quod quis per fidem, mundum, peccatum, Satanam, imò quod magis eſt, ſemet ipſum vicerit. Id qui fecit, *fortior eſt, quàm qui fortiſſima vincit mœnia, nec virtus altius ire poteſt!* Hujus animum nec ipſa mors debilitare, nec Rex ille terroris, ad quem univerſa natura contremiſcit, metum eidem incutere valet, cùm non ſolùm innatam vitæ cupidinem cum terrenarum rerum deſiderio dudum ſuperaverit, ſeque & ſua omnia divinæ voluntati penitus ſubmiſerit, verùm & certus ſit, ſibi ab ipsâ morte nihil mali metuendum eſſe, ſed potius ſe in communione ejus, qui mortem perdomuit, morientem, de eadem plenam victoriam reportaturum eſſe. Sic is cum *juſto ſecurus eſt inſtar Leonis catuli, & in ipsâ morte confidit!* Quod ſi talis divinâ providentiâ in eminentiori loco conſtitutus, aliisque cum ſummâ auctoritate regendis præfectus, ſecundùm hujus Doctrinæ præcepta, id unicè quæſiverit, ut eorum commoda, cum ſupremi Domini ſui gloriâ, omni niſu promoveret, ut muneri ſuo faceret ſatis, ut bonam illæſamque conſcientiam conſervaret, imò ipſe ſibi ſuæque ſaluti ſedulò conſuleret, ſeu, ut ſcitè Sarbievius monet, *ipſe ſibi Conſul, ipſe Senatus eſſet*, nunquam illi mors immatura accidere poterit, cùm & aliis & ſibi ſatis diu vixerit, dum, quamdiu id ſummo vitæ necisque arbitro viſum erat, utrisque vivendo profuit. Denique cùm ſola hæc doctrina veræ ſapientiæ principia tradat, animisque inſtillet, nunquam illi, qui his mentem ritè imbuit, dictisque & factis eadem exprimere ſedulò annixus eſt, mors moleſta eſſe poterit, cùm ex iisdem planè perſuaſus ſit, illam omnibus veris hujus ſapientiæ cultoribus maximo lucro fore, cunctisque præſentis vitæ moleſtiis atque miſeriis exemtos, perfectæ tandem atque æternæ beatitatis participes redditurum eſſe. Quorſum hæc à nobis dicta ſint, in proclivi eſt colligere. Suſpendimus tabulam hanc Viro perquam Magnifico, natalium ſplendore multisque meritis & ſummâ inprimis inter nos dignitate maximè conſpicuo JACOBO HUNEKENIO, JCto præcellentiſſimo, Reip. patriæ Conſuli digniſſimo, & Scholæ conſiſtentium DuumViro graviſſimo. Intromittebatur is in hoc mundi theatrum clↃIↃCXVI. a. d. XXI. Octobr. Hagæ Comitum, *Patre* editus Viro Nobiliſſimo, Ampliſſimo, Excellentiſſimo HENRICO HUNEKENIO, U. J. D. Sereniſſimo Electori Brunsvicenſi & Luneburgenſi à conſiliis, ejusdémque ad pacificationem Ryswicenſem delegato, tum verò Rerumpublicarum Hanſeaticarum apud Potentiſſimos fœderati Belgii Ordines Oratori: *Matre* Nobiliſſimâ optimique exempli Matronâ CATHARINA CÆCILIA COCCEJA. *Avo paterno* gaudebat Viro Nobiliſſimo, Ampliſſimo atque Conſultiſſimo JACOBO HUNEKENIO, U. J. D. Senatore, cùm aliis meritis, tum inprimis crebris legationibus, quarum ultimæ quoque Scalæ clↃIↃCIII. a. d. XXX. Jul. immortuus eſt, inclyto: *Aviâ* Nobiliſſimâ laudatiſſimâque MARGARETHA ZOBELIA, filiâ HENRICI ZOBELII, Mercatoris ex præcipuis, Spectabilisque collegii Seniorum membri digniſſimi, & Nobiliſſimæ Præſtantiſſimæque ANNÆ KLAMPIÆ, Magnifico Conſule JOHANNE KLAMPIO natæ. *Proavum paternum* venerabar GOTHOFREDUM HUNEKENIUM, Mercatorum florentiſſimum, Spectatiſſimique Seniorum collegio itidem adſcriptum: *Proaviam*, Lectiſſimam Matronam METTAM BOBARTIAM, Filiam Ampliſſimi Senatoris JACOBI BOBARTII, & WOMMELIÆ ESYCHIÆ, Magnifico Reip. Conſule ELARDO ESYCHIO editæ. *Maternam ſtirpem* non minoribus nominibus inſigne eſt. *Avum* enim ex illo nactus eſt, Virum de Eccleſiâ & literis immortaliter meritum, JOHANNEM COCCEJUM, SS. Th. Doctorem, Philologiæ primum Sacræ & hebrææ inprimis linguæ inter nos, mox ejusdem & Theologiæ in Academiâ Franequeranâ, tandem verò & hujus & linguarum orientalium in Illuſtri Lugduno Batavâ, Profeſſorem Celeberrimum, cujus æterna ſcripta, uti Coccejanum nomen dudum æternitati conſecrarunt, ita eorundem αὐτόγραφα à Magnifico Conſule noſtro, ſingulari liberalitate dono oblata, Bibliothecam noſtram publicam etiamnum ornant: *Aviam*, Matronam omni ſexûs fœminei laude commendandam CATHARINAM DEICHMANNAM, HENRICI DEICHMANNI, Viri Ampliſſimi & Senatoris Monaſterienſis meritiſſimi, filiam. *Maternus proavus* eidem obtigerat, Vir Spectatiſſimus TIEMANNUS COCH, urbi noſtræ à Secretis. *Proavia*, ILSA BAKENIA Magnarii & Senatoris Spectatiſſimi & ANNÆ KOTHENIÆ filia. Tam clarorum majorum veſtigia ut premeret, à cariſſimis Parentibus maturè ſtudiis dicatus, & Alcmariam miſſus, Eruditiſſimo *Friſio Molachio*, formandus traditus eſt. Poſitis illic ſtudiorum rudimentis eadem mox Lugduni Batavorum urſit, in humanioribus ductu Summi *Johannis Friderici Gronovii & Theodori Ryckii*, in philoſophicis Clariſſimi *Burchardi Volderi*, in jure autem, tam civili quàm publico, Virorum æterni nominis *Johannis Voetii & Gerhardi Noodtii*; ubi, quibus tantos in his omnibus fecit progreſſus, ut abſolutis feliciter laboribus academicis, jam XXII. ætatis anno, habitâ, non ſine inſigni laude, diſſertatione inaugurali DE RESTITUTIONE IN INTEGRUM, Ultrajecti clↃIↃCXXXVIII. a. d. III. Sept. in utroque jure Doctor renunciaretur. Hinc avitos repetens lares, Bremam noſtram inviſit, initique mox cum Nobiliſſimâ virgine GESA EDZARDIA, Viri Nobiliſſimi atque Ampliſſimi STATII EDZARDI, Magnarii feliciſſimi Patriæque Senatoris filia, matrimonio, quod, ſi unicum annum demas, ad dimidium ſeculum perduravit, conſtans hic domicilium erexit. Vidit ex hoc conjugio quaternam prolem: Virum Nobiliſſimum HENRICUM HUNEKENIUM, U. J. D. & cùm maximè Reip. à Secretis, cui primùm nuptum ceſſit Lectiſſima laudatiſſimáque Virgo MARIA LUDERSENIA, Mercatore integerrimo JOHANNE LUDERSENIO genita, hac verò præmaturo fato è vivis ereptâ, ſecundis votis Nobiliſſima Virgo ESTHERA ANNA HONERTIA, Nobiliſſimi atque Excellentiſſimi Viri JOHANNIS HONERTII, ſupremi dicaſterii Friſiæ Orientalis Propratoris graviſſimi, filia. Ex priori vidit defunctus Conſul nepotem unum, lectiſſimam virginem GESAM SARAM, ex poſteriori duas, egregiam itidem virginem MARIAM, nec non JOHANNAM BEATAM, quarum poſterior tamen in teneriori jam ætate ſublata, beatorúmque ut ſperamus choro adſcripta eſt. Primogenitum excipiebat filiola SARA, ſed quæ cùm vix lucem adſpexiſſet, XIV. à nativitate die, iterum exſtincta eſt. Compenſabatur hæc jactura tertiâ prole, quæ divinâ adhuc benignitate ſuperat. Eſt hæc Nobiliſſima & multis prærogativis inclyta Matrona CATHARINA CÆCILIA HUNEKENIA, quam ſibi clↃIↃCCXIV. a. d. XXX. Januar. fortunato connubio junxit Vir Nobiliſſimus Ampliſſimus atque Conſultiſſimus JOHANNES COCHIUS, U. J. D. Senatoriique ordinis in Rep. noſtrâ eximium decus, cui inde nati ſunt VII. liberi 1. JOHANNES, 2. JACOBUS, utrique in infantiâ demortui, 3. & 4. duæ Lectiſſimæ Virgines REGINA AGATHA & GESA SARA, Dei munere adhuc ſuperſtites, 5. JACOBUS optimæ ſpei juvenis, nuper admodum, edito inſigni profectuum ſpecimine, Civium Illuſtris Lycei numero adſcriptus, 6. filiola mox à partu iterum ſublata & 7. JOHANNES egregiæ indolis adoleſcens. Reſtat ultima optimi Conſulis Filia Nobiliſſima Virgo SARA SUSANNA, ſed quæ ante unius ſpatium clↃIↃCCXL. a. d. XVIII. Aprilis eidem præpropero fato adempta eſt. Inſignes animi dotes, uberémque Doctrinæ copiam ut in aliorum commodum impendere poſſet, occaſio ipſi mox ſuppeditata eſt, cùm clↃIↃCC. a. d. XVIII. Maji in Procerum ordinem cooptaretur, ubi varia quæ ſuſtinuit munia ſtrenuè tuendo, Themidis fidum ſemet ſacerdotem præbendo, tum quoque ſe his qui ad eum accedebant facilem exhibendo, non civium tantùm animos ſibi devinxit, ſed & Procerum adſectum ulterius ita demeruit, ut clↃIↃCCXXVII. a. d. XIII. Octobr. applaudente univerſâ civitate, ad ſummos conſulatûs honores eveheretur. In quibus priſtinæ vitæ rationem tenens, facilè impetravit, ut & vivum in oculis ferrent, & ereptum nunc acerbè lugeant. Ulus fuit plerumque valetudine non nimis firmâ, cùm & phlegmate atque rheumatiſmo, præcipuè autem vehementioribus arthritidis ſuæ doloribus ſæpius infeſtaretur, quibus tamen omnibus ſingulari temperantiâ, adhibitáque in tempore arte medicâ ita obviàm ibat, ut nihil inde magnopere metuendum eſſe videretur. At ſub initium hujus anni ingraveſcebant hæc mala, maximè cùm arthritis exteriores corporis partes delerens interiores arctius obſideret, crebrisque ſpaſmos ſtomachi & inteſtinorum cieret, accedentéque hemipleciâ, alvo difficili & appetitus proſtratione cibum ægrè amplius admittere poſſet, unde fruſtra adhibitis exquiſitiſſimis remediis, tandem exhauſtis viribus, a. d. XIX. Aprilis inter quartam & quintam pomeridianam, annum agens LXXV. placidè exſpiravit. Quod mortale erat tumulo hodie in æde D. Anſgarii infertur. Quare quin, lugente univerſâ civitate, vos quoque Nobiliſſimi Illuſtr. Lycei Cives, quid optimo Scholarchæ debeatis, frequentes in funus eundo, teſtatum facturi ſitis, nulli dubitamus. V. P. P. Anno clↃIↃCCXLI. a. d. XXIV. Aprilis.

1741 19 April. (1.

STADT-BIBLIOTHEK BREMEN

RECTOR & P
ILLUSTRIS SCHO
LECT

Conſule Romano non indigna
geſti, quàm eloquentiæ laude, celebratiſſimi
ioque animo moriturus ſit, exclamat IV. in Catilin. cap. II. *Neque*
pis Veteribus mors habebatur, quæ animum ejus, cui imminebat fr
pem fugam mortis memorat, quam omni morte pejorem pronunciat.
qui nihil, & præcipuè ne ipſam quidem mortem timeret. *Qui fortis eſt, ſine timore eſt*, ai
tela non timebit? Non: ſcit enim illa non eſſe mala ſed videri. Immaturam appellabant mort
quam quis propoſitam ſibi gloriæ honoriſque metam attingere, aut Reipublicæ utilis eſſe pot
luberrimam jam Patriæ operam præſtiterat: quare iterum viginti annis poſt in hæc verba digitu
templo negavi poſſe mortem immaturam eſſe conſulari, quanto verius nunc negabo ſeni? Mibi v
geſſi. Miſeram denique non poſſe accidere mortem ſapienti cenſebant, utpote quem ſuis ſatis
cie non careant, ex turbidioribus tamen philoſophiæ ethnicæ & partim Stoicæ, unde in multis
gitimam normam, debitúmque finem pandere non poterant, ita omnium minimè certam beatit
ad ſanioris ſalubrioriſque Doctrinæ normam exacta erunt. Hæc veri nominis fortitudinem in
ipſum vicerit. Id qui fecit, *fortior eſt, quàm qui fortisſima vincit mœnia, nec virtus altius ire*
contremiſcit, metum eidem incutere valet, cùm non ſolùm innatam vitæ cupidinem cum terr
ſerit, verùm & certus ſit, ſibi ab ipsâ morte nihil mali metuendum eſſe, ſed potius ſe in com
eſſe. Sic is cum *juſto ſecurus eſt inſtar Leonis catuli, & in ipsâ morte confidit!* Quod ſi talis
fectus, ſecundùm hujus Doctrinæ præcepta, id unicè quæſiverit, ut eorum commoda, cum ſ
que conſcientiam conſervaret, imò ipſe ſibi ſuaéque ſaluti ſedulò conſuleret, ſeu, ut ſcitè Sarb
& aliis & ſibi ſatis diu vixerit, dum, quamdiu id ſummo vitæ neciſque arbitro viſum erat, utr
que inſtillet, nunquam illi, qui his mentem ritè imbuit, dictiſque & factis eadem exprimere
ris hujus ſapientiæ cultoribus maximo lucro fore, cunctiſque præſentis vitæ moleſtiis
Quorſum hæc à nobis dicta ſint, in proclivi eſt colligere. Suſpendimus tabulam hanc Viro perquam M
COBO HUNEKENIO, JCto præcellentiſſimo, Reip patriæ Conſuli digniſſimo, & Scholæ conſtituend
Comitum, *Patre* editus Viro Nobiliſſimo, Ampliſſimo, Excellentiſſimo HENRICO HUNEKENIO, U. J.
legato, tum verò Rerumpublicarum Hanſeaticarum apud Potentiſſimos fœderati belgii Ordines Oratori:
Viro Nobiliſſimo, Ampliſſimo atque Conſultiſſimo JACOBO HUNEKENIO, U. J. D. Senatore, cùm aliis
tuus eſt, inclyto: *Aviâ* Nobiliſſimâ laudatiſſimáque MARGARETHA ZOBELIA, filiâ HENRICI ZOBE
tiſſimaéque ANNÆ KLAMPIÆ, Magnifico Conſule JOHANNE KLAMPIO natæ. *Proavum paternum* nu
itidem adſcriptum: *Proaviam*, Lectiſſimam Matronam METTAM BOBARTIAM, Filiam Ampliſſimi Se
editæ. *Maternum ſtemma* non minoribus nominibus inſigne eſt. *Avum* enim ex illo nactus eſt, Virum de
Sacræ & hebrææ inprimis linguæ inter nos, mox ejuſdem & Theologiæ in Academiâ Franequeranâ, tand
vum latura ſcripta, uti Coccejanum nomen dudum æternitati conſecrarunt, ita eorundem αὐτόγραφα à Mag
Aviam, Matronam omni ſexûs fœminei laude commendandam CATHARINAM DEICHMANNAM, HEN
obtigerat, Vir Spectatiſſimus TIEMANNUS COCH, urbi noſtræ à Secretis. *Proavia*, ILSA BAKENIA
ret, à cariſſimis Parentibus maturè ſtudiis dicatus, & Alcmariam miſſus, Eruditiſſimo *Veſalio Mobachio*, fo
ribus ductu Summi *Johannis Friderici Gronovii & Theodori Ryckii*, in philoſophicis Clariſſimi *Burchardi Volderi*,
quibus tantos in his omnibus fecit progreſſus, ut abſolutis feliciter laboribus academicis, jam XXII. ætatis a
clↄlↄcLXXXVIII. a. d. III. Sept. in utroque jure Doctor renunciaretur. Hinc avitos repetens lares, Bremar
ſimi STATII EDZARDI, Magnarii feliciſſimi Patriaéque Senatoris filia, matrimonio, quod, ſi unicum ann
nam prolem: Virum Nobiliſſimum HENRICUM HUNEKENIUM, U. J. *D.* & cùm maximè Reip. à Secr
rimo JOHANNE LUDERSENIO genita, hac verò præmaturo fato è vivis ereptâ, ſecundis votis Nobiliſſi
ſupremi dicaſterii Friſiæ Orientalis Proprætoris graviſſimi, filia. Ex priori vidit defunctus Conſul neptem
non JOHANNAM BEATAM, quarum poſterior tamen in teneriori jam ætate ſublata, *beatorúmque* ut ſpera
nativitate die, iterum exſtincta eſt. Compenſabatur hæc jactura tertiâ prole, quæ divinâ adhuc benignitate
quam ſibi clↄlↄccxIV. a. d. XXX. Januar. fortunato connubio junxit Vir Nobiliſſimus Ampliſſimus atque Conſ
ſunt VII. liberi 1. JOHANNES, 2. JACOBUS, utrique in infantiâ demortui, 3. & 4. duæ Lectiſſimæ Virgines
per admodum, edito inſigni profectuum ſpecimine, Civium Illuſtris Lycei numero adſcriptus, 6. *filiola* mox
biliſſima Virgo SARA SUSANNA, ſed quæ ante anni ſpatium clↄlↄccXL. a. d. XVIII. Aprilis eidem præpropé
poſſet, occaſio ipſi mox ſuppeditata eſt, cùm clↄlↄcc, a. d. XVIII. Maji in Procerum ordinem cooptaretur, u
qui ad eum accedebant facilem exhibendo, non civium tantùm animos ſibi devinxit, ſed & Procerum ad
conſulatûs honores eveheretur. In quibus priſtinæ vitæ rationem tenens, facilè impetravit, ut & vivum
phlegmate atque rheumatiſmo, præcipuè autem vehementioribus arthritidis fixæ doloribus ſæpius infeſta
ut nihil inde magnopere metuendum eſſe videretur. At ſub initium hujus anni ingraveſcebant hæc mala
ſtomachi & inteſtinorum cieret, accedentéque hemiplexiâ, alvo difficili & appetitûs proſtratione cibum æg
Aprilis inter quartam & quintam pomeridianam, annum agens LXXV. placidè exſpiravit. Quod mortale e
mi *Illuſtr.* Lycei Cives, quid optimo Scholarchæ debeatis, frequentes in funus eundo, teſtatum facturi ſitis,

& PROFESSORES P.
SCHOLÆ BREMENSIS
LECTORI S.

vox erat, qua tam huius honoris feliciter
us Tullius, rationem redditurus, cur, *ſi quid obtigerit, æquo para-*
enim turpis mors forti viro poteſt accidere, neque immatura conſulari, nec miſera ſapienti. Tur-
ngens, metu terroréque illum percellebat: quo ſenſu idem Orator VIII. Philipp. cap. X. *Tur-*
anc igitur non poſſe accidere Viro forti exiſtimabant, quia fortis titulo illum tantùm dignabantur,
Seneca Epiſt. LXXXV. & paulò poſt: *Quid ergo inquis: mortem, vincula, ignes, alia fortunæ*
m, quæ non ſolùm floridiori ætate, vegetioribúsque adhuc annis ſubeunda, ſed præcipuè ante-
piſſet; unde talis evenire non poterat Viro conſulari, utpote qui in ſummo dignitatis faſtigio, ſa-
n intendens Cicero Philipp. II. cap. XLVI. dicebat: *Etenim ſi abhinc annos prope viginti, hoc ipſo in*
rò, Patres Conſcripti, jam etiam optanda mors eſt, perfuncto rebus iis quas adeptus ſum, quáſque
divitem bonis, & perpetuò, inque ipsâ quoque morte beatum reputabant. Verùm utut hæc ſpe-
pſe Cicero proximè aberat, fontibus, pullulârunt, qui uti verum omnis virtutis principium, le-
atis ſpem ſuppeditare valebant. Tum autem demum rectè iſthæc & verè dici poterunt, quando
eo collocat, quod quis per fidem, mundum, peccatum, Satanam, imò quod magis eſt, ſemet
poteſt! Hujus animum nec ipſa mors debilitare, nec Rex ille terroris, ad quem univerſa natura
narum rerum deſiderio dudum ſuperaverit, séque & ſua omnia divinæ voluntati penitùs ſubmi-
munione ejus, qui mortem perdomuit, morientem, de eadem plenam victoriam reportaturum
divinâ providentiâ in eminentiori loco conſtitutus, aliíſque cum ſummâ auctoritate regendis præ-
premi Domini ſui gloriâ, omni niſu promoveret, ut muneri ſuo faceret ſatis, ut bonam illæſám-
evius monet, *ipſe ſibi Conſul, ipſe Senatus eſſet*, nunquam illi mors immatura accidere poterit, cùm
ſque vivendo profuit. Denique cùm ſola hæc doctrina veræ ſapientiæ principia tradat, animíſ-
dulò annisus eſt, mors moleſta eſſe poterit, cùm ex iiſdem planè perſuaſus ſit, illam omnibus ve-
atque miſeriis exemtos, perfectæ tandem atque æternæ beatitatis participes reddituram eſſe.
gnifico, natalium ſplendore multíſque meritis & ſummâ inprimis inter nos dignitate maximè conſpicuo JA-
DuumViro graviſſimo. Intromittebatur is in hoc mundi theatrum cIↄIↄc: XVI. a. d. XXI. Octobr. Hagæ
). Sereniſſimo Electori Brunsvicenſi & Luneburgenſi à conſiliis, ejusdémque ad pacificationem Ryſvicenſem de-
atre Nobiliſſimâ optimíque exempli Matronâ CATHARINA CÆCILIA COCCEJA. *Avo paterno* gaudebat
meritis, tum inprimis crebris legationibus, quarum ultimæ quoque Stadæ cIↄIↄCLIII. a. d. XXX. Jul. immor-
II, Mercatoris ex præcipuis, Spectabiliſque collegii Seniorum membri digniſſimi, & Nobiliſſimæ Præſtan-
erabat GOTHOFRIDUM HUNEKENIUM, Magnarium florentiſſimum, ſpectatiſſimóque Seniorum collegio
atoris JACOBI BOBARTII, & WOMMELIÆ ESYCHIÆ, Magnifico Reip. Conſule ELARDO ESYCHIO
ecleſiâ & literis immortaliter meritum, JOHANNEM COCCEJUM, SS. Th. Doctorem, Philologiæ primùm
m verò & hujus & linguarum orientalium in Illuſtri Lugduno Batavâ, Profeſſorem Celeberrimum, cujus æ-
nifico Conſule noſtro, ſingulari liberalitate dono oblata, Bibliothecam noſtram publicam etiamnum ornant:
ICI DEICHMANNI, Viri Ampliſſimi & Senatoris Monaſterienſis meritiſſimi, filiam. *Maternus proavus* eidem
agnarii & Senioris Spectatiſſimi & ANNÆ KOTHENIÆ filia. Tam clarorum majorum veſtigia ut preme-
mandus traditus eſt. Poſitis illic ſtudiorum rudimentis eadem mox Lugduni Batavorum urſit, in humanio-
n jure autem, tam civili quàm publico, Virorum æterni nominis *Johannis Voetii & Gerhardi Noodtii*, uſus. Sub
no, habitâ, non ſine inſigni laude, diſſertatione inaugurali DE RESTITUTIONE IN INTEGRUM, Ultrajecti
n noſtram inviſit, initóque mox eum Nobiliſſimâ virgine GESA EDZARDIA, Viri Nobiliſſimi atque Ampliſ-
m demas, ad dimidium ſeculum perduravit, conſtans hîc domicilium erexit. Vidit ex hoc conjugio quater-
etis: cui primùm nuptum ceſſit Lectiſſima laudatiſſimáque Virgo MARIA LUDERSENIA, Mercatore integer-
ma Virgo ESTHERA ANNA HONERTIA, Nobiliſſimi atque Excellentiſſimi Viri JOHANNIS HONERTII,
unam, lectiſſimam virginem GESAM SARAM, ex poſteriori duas, egregiam itidem virginem MARIAM, nec
mus choro adſcripta eſt. Primogenitum excipiebat filiola SARA, ſed quæ cùm vix lucem adſpexiſſet, XIV. à
uperat. Eſt hæc Nobiliſſima & multis prærogativis inclyta Matrona CATHARINA CÆCILIA HUNEKENIA,
ltiſſimus JOHANNES COCHIUS, U. J. D. Senatoriíque ordinis in Rep. noſtrâ eximium decus, cui inde nati
REGINA AGATHA & GESA SARA, Dei munere adhuc ſuperſtites. 5. JACOBUS optimæ ſpei juvenis, nu-
à partu iterum ſublata & 7. JOHANNES egregiæ indolis adoleſcens. Reſtat ultima optimi Conſulis Filia No-
o fato adempta eſt. Inſignes animi dotes, uberémque Doctrinæ copiam ut in aliorum commodum impendere
bi varia quæ ſuſtinuit munia ſtrenuè tuendo, Themidis fidum ſemet ſacerdotem præbendo, tum quoque ſe his
ectum ulteriùs ita demeruit, ut cIↄIↄCCXXXVII. a. d. XIII. Octobr. applaudente universâ civitate, ad ſummos
oculis ferrent, & ereptum nunc acerbè lugeant. Uſus fuit plerumque valetudine non nimis firmâ, cùm &
retur, quibus tamen omnibus ſingulari temperantiâ, adhibitáque in tempore arte medicâ ita obviàm ibat,
, maximè cùm arthritis exteriores corporis partes deſerens interiores arctius obſideret, crebróſque ſpaſmos
rè amplius admittere poſſet, unde fruſtra adhibitis exquiſitiſſimis remediis, tandem exhauſtis viribus, ad d. XIX.
rat tumulo hodiè in æde D. Anſgarii inferetur. Quare quin, lugente universâ civitate, vos quoque Nobiliſſi-
nulli dubitamus. V. P. P. Anno cIↄIↄCCXLI. a. d. XXIV. Aprilis.